



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnium huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

LXXXII. An Crvx Christi sit veneranda, & quatenus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

primi Principii: Non externo latreutico; qui est sacrificium. 3. Quia hæresis fuit, teste Irenæo l. 1. c. 24. Epiph. hæres. 27. Aug. her. 7. afferens eum cultum imaginibus. Nam Deus est, quod imago docet; non est Deus ipsa. Vnde, *O Crux auspex unica*: id est, Christe crucifixe. Sicut Deut. 32. *Audite cæli, qua loquor*. Ita istud, *Salve Crux pretiosa*; prosopopœia est, desiderans fructum Crucis.

IV. *Cultus per se proprius imaginum est quidam imperfectus, qui analogicè reducitur ad speciem eius cultus, qui debetur exemplari*. Species autem cultus religiosi sunt, Latratria, Hyperdulia, Dulia; quæ debentur naturæ intelligenti. Quia sicut habet imago se ad suum exemplar, ita se habet cultus imaginis ad cultum exemplaris: Sed imago est ipsum exemplar analogicè, & secundum quid: ergo & cultus imaginis esse debet secundum quid.

QVÆSTIO LXXXII.

An Crux Christi sit veneranda, & quatenus?

LUTHERANI æquè ac CALVINIANI inimici Crucis Christi, successores damnatorum hæresiarum, ex suo Magistro ista didicere LUTHERO to. 2. Wittenb. fol. 539. *Si in campo conficerem vexillum Crucis, et ipse foret crucifixus, fugerem ab eo haud secus, ac si me diabolus insequeretur*: Idem in Postilla fol. 148. *Vtinam nulla unquam corona spinea, aut crux extinisset. Si qua particula S. Crucis mihi donaretur, foretque in manu mea; equidem isthac continuo conderem, ubi nec sol ipsam videret. Quodque de Cruce dico, idem de quibuscunque Reliquiis dictum volo*. Idem tom. 7. Wittenb. fol. 393. *Flammis desagrèt omnia festa Crucis*. Idem tom. 2. Vittenb. fol. 4. *Atque Carolstadius cum prophetis suis*

vociferantur, & incendunt vulgus dicentes: secca, disseca, distrabe, discerpe; dimerbera, disfringe, transfode, abijce, conculca, alapas in faciem idolis infringe. Vides Crucifixum; in faciem illi inspuo.

LUTHERANIS dictum, factum Calvinianis. Quorum argumenta cum responsionibus repete ex mea *Genealogia part. 1. quaestio. 24.*

SVADENT CALVINISTÆ porro istis apud Scharpium in *Cursu Theol.* 1. Adoranda Crucis hæc præceptum est nec exemplum in Scripturis. 2. Latreutica adoratio solius Dei est; ergo eam tribuere Cruci est hæc facere Deum. 3. Si ei ob Christi contractum debetur adoratio: ergo magis ventri Mariæ; & asino palmatio, & iudæ labiis, &c. 4. Cruci, quàm Resurrectioni, plus tribuitur in hoc *Crucem tuam adoramus; Resurrectionem glorificamus*. 5. Christi Humanitas separata à Divinitate, non esset Latratriæ cultu adoranda: minus ergo Crux. 6. Sp. Sanctus est in baptismo; nec tamen ibi adorandus: ergo minus Crux.

AVTOR. Tribus omnia completar: 1. Veneranda est ipsa crux Christi: 2. Omnis Crux: 3. Et signum Crucis.

1. *Lignum Crucis venerabile est.*

1. Quia eam Christus elegit sponte, non inuitus; Vti Aram sui Sacrificii, Numini placando; Vti Scalam sibi ad regnum: Vt instrumentum liberationis nostræ; Vt tropœum triumphi de diabolo deucto: Quibus ille mirificum eic ontulit honorem. De quibus singulis S. Scripturæ testimonia require in meo *Antichristo p. 1. q. 25.*

2. Quia Mysteria S. Crucis sunt veneratione dignissima. De quibus Eph 3. *Vt possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, qua sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum.*

3. Quia

3. Quia Intuentio S. Crucis docet Dei in eam curam ac honorem admirabilem à miraculis, testem nostri in Crucem honoris adprobat, sibi que grati.

4. Mirificis lignum Crucis honoribus affecit omnis retro antiquitas Christiana Imperatorum, Episcoporum, populorum, nationum, ac orbis vniuersi.

5. Quia Exaltratio quoque illius gradibus fuit illustrata signis.

6. Si locus, vbi Angelus stetit, *Exod. 3. Ios. 5.* terra sancta fuit: quanto sanctior, vbi stetit Christus. Si sudaria & semicinctia Pauli, Vmbra Petri, pluribus saluti fuit; suntque sacramenta salutaria Vasa gratiæ, ideoque honoranda; quanto amplius *Lignum felix*, vt Sibylla canit, *in quo Deus ipse pependit?*

DICO AD I. Vt ab autoritate negatiua argumentum ducitur, sic reiicitur.

AD II. Deo latria tribuitur soli immediatè & vltimatè: Cruci verò ipsi non propter ipsam, sed relatiue ad Christum.

AD III. Magna talium est & Crucis disparitas. Illa enim isthuc nunquam intendit vel Christus, vel se intendere ostendit ipse, aut Ecclesia, aut Patres. Quanquam *beatus venter, qui te portauit.*

AD IV. Resurrectionem & Crucifixionem iuxta & adoramus, & glorificamus in concreto, scilicet, Crucifixum, & Resurgentem. Vt igitur sepulcrum Domini est gloriosum, sic & Crux.

AD V. Posito impossibili nil sequitur. Nihilominus hoc posito, quadam ei deberetur adoratio ob præcedentem Vnionem hypostaticam: sed non haberet substantiam.

AD VI. In baptismo non est persona, sed gratia Sp. Sancti communis S. Trinitati: idque in actu transeunte baptizatiōis.

II. *Imago crucis omnibus esto veneratio- ni.* 1. Vel ob istud, quia Matth. 24. *Tunc apparebit signum Filij hominis in celo.*

2. Quia sic pluribus sancitum Conciliis est: Vt Synodo VI. VII. VIII.

3. Sic vsus mosque Maiorum, & Antiquitatis antiquissimæ tulit, ac postulat in bello & pace, in publico & priuato. Vnde Lactantius ait: *Flecte genu, Lignumque Crucis venerabile adora.*

4. Quot, quamque admiranda æque ac salutares Crucis apparitiones factæ historias temporum illustrarunt? Quanta per cruces in orbe miracula sunt deliquata?

5. Deique signa rerum sanctarum sancta sunt ac venerabilia: tale Crux est omnis: ergo.

III. *Signum Crucis transiens*, quo se pij consignare Deo semper consueverunt *suorum est ac venerabile.* 1. Testibus Veter. Testamenti Figuris: vt est, *Exod. 20.* Sanguis Agni in postibus aditum: id est, ait S. Aug. *l. de Catechiz. rudib. c. 20.* signum crucis in frontibus Christianorum. Item *Ezech. 9.* signum Tau, teste Cypriano & Hieron. &c. 2. Ita Consensus omnium retrò atatum, Doctorum; ac Fidelium vsus. 3. Miracula testantur, vsusque adprobarunt. Quæ omnia supradicta demonstrat illustrissimè *Bellarminus lib. 2. de Sanctis, cap. 27. 28. 29.*

OBIECIT Scharpius, 1. Signum crucis nec mandatum, nec exemplum habet in Scriptur. 2. Est institutum hu-
R 2 mani-

manitus ad Christianorum distinctionem ab aliis: ergo non est religiosum & venerabile. 3. Est superstitionis instrumentum humanitus institutum. 4. Eneruat vim crucis Christi; nam demones fugare Christi est, non signi, cui tribuitur.

DICO AD I. Vt supra. AD II. Est id; sed non solum ad id. AD III. & IV. Falta assumta.

QVÆSTIO LXXXIII.

An, & quo fine sint extruenda Tempia?

LVTHERO-CALVINISTÆ excitanda negant templa 1. Ad Sacrificandum. 2. Aut ad orandum. 3. Aut ad honorandos Sanctos: 4. Aut, quod addunt Anabaptistæ & Waldenses, ad Conciones & Sacramentaministranda. 5. Manichæi, nullam ob causam vlla extruenda esse voluerūt.

I. MANICHÆI, S. Agustino l. contra Adimantum c. 10 eos refutante. aiebant Deum Veteris Testamenti iubentem erigi Tabernaculum & Templum, esse malum principium, non verum Deum, contrarium Deo Noui Testam. Vnde Matth. 5. Cælum, Dei sedes est, terra autem scabellum pedum eius. Act. 17. DEVS non in manus: sed in templis habitat, aut manibus humanis colitur. Hæc resoluta vide in *Antichristo* part. 1. quest. 26.

II. ANABAPTISTÆ & Waldenses negant templa concionibus & Sacramentis esse necessaria: quod Christus prædicavit in campis, montibus, desertis, mari, ad bus, plateis; baptizavit in fluminibus, Cœnam peregerit in priuata domo. Oppidò quam affines isti Manichæi?

III. LVTHERO-CALVINISTÆ sic docent: templa 1. Non Sacrificiis necessaria. Quia Apoc. 21. *Templum non vidi in ea, Dominus enim Deus templum illius est,* (c. Ecclesie militantis: teste Isa. c. 60. Ideò Salomonæum debuit euerti.

AUTOR. At de Triumphante fit ibi mentio, teste Hieron & Cyrillo: & statum Legis cessasse erat signum ipsa querisq Salomonæi.

2. Non Orationibus: Quia Matth. 6. *Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum. Ioan 4. Venit hora, & nunc est, quando neque in monte hoc, neque in Ierusal. adorabitur. &c.* 1. Tim. 2. *Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus.*

3. Nec Sanctis honorandis templa erigenda: quia idololatria est; teste Aug. l. contra ferm. Arian. c. 20. *Templi constitutio ad latvia cultum pertinet. &c.* Talia Luthero caluinistæ.

AUTOR. Rectè Collocantur, 1. Edes sacræ Prædicationi & Sacramentis: 2. Templa Sacrificiis: 3. Orationi orationi publicæ ac priuatæ: 4. Basilicæ, seu Memorix, seu Martyria Sanctis.

I. PRÆDICATIONI & Sacramentis: contra Eustathium, Waldenses, & Anabaptistas: 1. Teste Christo Iesu, in meo *Antichristo* p. 1. q. 26. 2. Quia in Ecclesia primitiua ædes priuatæ in Ecclesias vertebantur: vt teste Clemente l. 10. *recognitionum*, Antiochiæ domus Theophili, Petro concionante, Plura Eusebius l. 2. *hist. c. 17 &c.*

II. SACRIFICIIS Templa ponuntur. 1. Quia templa sunt domus altarium, sed aræ semper fuerunt: ergo & templa. At aræ seruiunt Sacrificiis necessaria; ergo & templa. Ita omnis Antiquitas, & Christiana Traditio, Patrumque Consensus.

III. ORATIONIBVS etiam priuatæ templa sanctè instituuntur. Ita S. Scriptura in meo *Antichristo*; quest. 26. Ita S. Patres in *Bellarmino*. l. 3. *de Sanctis* c. 4. Vnde Orationa dicebantur; & Ecclesia, quo euocabantur. RATIO, Deus magis est in templis, quam alibi: Vnde in nobis